

*Iesus Christus, ex semine David, Filius Dei.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli  
ad Romános

1, 1-7

<sup>1</sup> **P**aulus servus Christi Iesu,  
vocátus apóstolus,  
segregátus in evangélium Dei,  
<sup>2</sup> quod ante promíserat per prophétas suos  
in Scriptúris sanctis  
<sup>3</sup> de Fílio suo,  
qui factus est ex sémine David secúndum carnem,  
<sup>4</sup> qui constitútus est Fílius Dei in virtúte  
secúndum Spíritum sanctificatiónis  
ex resurrectione mortuórum,  
Iesu Christo Dómino nostro,  
<sup>5</sup> per quem accépinus grátiam et apostolátum  
ad obœditióem fidei in ómnibus géntibus  
pro nómine eius,  
<sup>6</sup> in quibus estis et vos vocáti Iesu Christi,  
<sup>7</sup> ómnibus, qui sunt Romæ diléctis Dei, vocátis sanctis:  
grátia vobis et pax a Deo Patre nostro  
et Dómino Iesu Christo.

Verbum Dómini.